Quelle: https://manuscripta.at/?ID=933
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Latscinia figure sceleratorum mutantur et siue magicis cantib; siue herbarum ueneficio
totis corporib; inferas transeunt. si quidem et per naturam pleraq; mutationem recipiunt.
et corrupta in diuersas species transformantur. sic de uitulorum cornib; putridis apes. sic de
equis scarabei. de mulis locuste. de cancris scorpiones. Ouidius cum caualitorei sidemas
brachia cancri. scorpius exhibit. caudaq; minabitur unca. De pecorib; et iumentis.

Omnib; animantib; adam primum uocabula indidit. appellans unicuiq; nomen ex presenti in
stitutione iuxta condicionem naturę cui seruire. Gentes autem unicuiq; animalium ex propria
lingua dederunt uocabula. non autem secundum latinam linguam atq; grecam. aut quarumlibet gen-
tium barbararum nomina illa imposuit adam. s; illa lingua que ante diluuium omnium
fuit una quę hebrea nuncupatur. Latinę autem animalia siue animantia dicta. quia animantur
uita et moueantur spiritu. Quadrupedia uocata. quia. iiii. pedib; gradiuntur. quę dum sint sim
lia peccorib; tamen sub cura humana non sunt cerui. damę. onagri. et cetera. S; neq; bestię sunt ut
leones. neq; iumenta ut usus hominum iuuari possint. Pecus decimus omne quod humana lingua
et effige carent. proprię autem peccorum nomen his animalib; accommodari solet. quę sunt aut adues-
cendum apta ut oues. et sues. aut in usu hominum commoda ut equi et boues. Differt autem
inter pecora et pecudes. Nam ueteres communiter in significatione omnium animalium peccora dix
erunt. pecudes autem tantum illa animalia quę eduntur quasi pecudes. Generaliter autem omne
animal pecus a pascendo uocatum. Iumenta nomina inde traxerunt. quod nostrum laborem uel onus suo ad-
iutorio sub iactando uel arando iuuent. nam bos carpenta trahit. et durissimas terrę glebas uo
mere uertit. Equus et asinus porta onera. et hominum ingrediendo laborem temperant. unde et
iumenta appellantur ab eo quod iuuant homines. sunt enim magnarum uirium animalia. Idem quoque
armenta uel quod sint apta armis. i. bello uel quod his in armis utimur. Alii armenta tantum bo
ues intelligunt ab arando quasi aramenta. Discrecio autem est inter armenta et greges. nam
armenta equorum et boum sunt. greges uero caprarum et ouium. Ouis molle pecus lanis. corpore
inerme. animo placidum ab oblatione dictum. eo quod apud ueteres inicio non tauri s; oues
in sacrificio mactarentur. ex his quasdam bidentes uocant eo quod inter octo dentes duos
altiores habent. quas maxime gentiles in sacrificium offerebant. Veruex uel auiribus dictus
quod ceteris ouib; sit forcior. uel quod sit uir. i. masculus. uel quod uerum in capite habeat quorum ex
citati pruritu inuicem se concuciunt. et pugnantes cum magno impio feriunt. Aries
uel apotuarios. i. amare uocatus. unde apud nos in gregib; masculi mares dicuntur. siue quod hoc